



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

V. Die Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

V. DIE MAII.

P. FRANCISCVS
VILLANOVA.

Hispanus
Compluti.
Maij 1557.
Ætat. 48.

Humilitas.

Victoria sui.

Humilitas.

Mortif.

Mors.

Hic, & humiles natales, & os
de forme, nec ullam literatu-
ræ ullius noticiam nactus, diui-
næ tamen providentiæ, ac obedientiæ
ductu singulari factus est Princeps co-
lumnæ Collegij Complutensis. Literas
primas, & Grammaticam didicit in
Societate natu iam grandior, vir ad-
mirabilis prudentiæ, pietatis, & in
Deum fiducia, in animis tranquillan-
dis, in exercitijs tradendis, in aduersis
dextrè fortiterque quæ sustinendis, quæ
peruincendis. Dixit cuidam fidentius;
nihil sibi vnquam occurrisse in actio-
ne virtutis, à quo sensus abhorreret,
quod ope diuinâ non sub egisset, vbi se
non vicisset. Inde illi illud quod nec
humilitatem stirpis erubuerit, idque
occasione quacumque, quoddam pereu-
tientibus maxillam alteram iteratè
porrexerit, genu submisso; quod veste,
cibo, etiam cum præesset, se infra om-
nes abioceret; quoddam itinera Italica,
Hispanica, Lusitanica, pedes confecerit,
pane tantum caseoque, pro cibo
contentus, vt dixerit, se si curiositate
duci sentiret, nec si Angelus pro Col-
legij foribus concionari diceretur, exitu-
rum ad eum videndum & audiendum.
Dicebat, ab ea, quam nunc difficillimè
peruincimus perturbatione nos in
morte grauius perturbandos. Perpetuus
illi stimulus erat, quo se vrgebat:
*Villanoua, ad quid venisti, veni, vt cruci-
figerer. Quod in te non sanasti perfer in alijs,
ac tace, & Deum roga.* Excitatoris ma-
sutini officium obiuit quoad vixit, ho-

râ integrâ iam orando ductâ, ante-
quam alios excitaret. Non vltra Dia-
lecticam erat studendo progressus, &
tamen Magister erat doctissimorum
quorumuis. Sapientissimi quique Do-
ctorum Compluti aiebant illius ratio-
nibus manus, pedesque vinciri, citra
vllum locum effugij. Multa de illo ha-
bet Societatis Historia in annum 1557.
inter quæ illud quoque de Villanoua
14. Maij inter Beatos gaudente; quan-
do P. Martinus Gutierrez decimo
post obitum die fertur cognouisse Vil-
nouam beato Dei conspectu iam frui.
Moriens, Matri tunc etiam ægræ, ac
prope animam agentis fertur stacino, se
in pulchra gloriæ luce dedisse spectan-
dum & illius cubiculo miis odoribus
perfuso eidem mirabili leuamento
fuisse.

P. GEORGIVS
CARVAHAL.

Cum Rudolpho Aquauia, & fo-
ccijs, cruentis illis fidei Christianæ
heroibus, vectus in Indiam, post No-
uitios Goæ laudatè instrutos, in Sci-
mo Iaponiæ Insula, Regnoque Bun-
genfi, postea Firandi, fidei propagan-
dæ operam insignitè nauauit. Porre-
ctum illi à barbaris venenum, cum
dolore capitis acerbo, deinde febri
inflammatâ, mox vomitu cruento,
afflixit; & octauo post die morte op-
pressit.

P. STANI-

Polonus
Silua.
1642.

Fides.

Pargat.

Lusitanus
Ikizuki.
Maij 1557.
Ætat. 45.
Soc. 4.

Fides.

P. STANISLAUS
BRUNOVIVS, ET
SOCII.

Polonus in
Silua. 5. Maij
164. et. 52.

Cum Socij ad Schismaticos Eccle-
siae reddendos adhibiti labora-
rent, inito senaculo decreuere schif-
matici, vt Patres, vbi vbi possent; oc-
ciderent. Factum id per conductos ad
id-ficarios schismaticos in silua decem
quercuum dicta, operá latronum di-
centium; Non vestra, sed vos quaeri-
mus. P. Stanislaus Brunovius iam aliás
odio erat Schismaticis, ob non vnam
de illis relatam victoriam, coram Pro-
ceribus; & quod (summo certe Schif-
matici Archimandritae dolore) primus
ipse Periaslauię Catholicum templum,
primus tam exosa Schismaticis Socie-
tatis Iesu domicilium collocarit. Scho-
las Catholicas aperuerit: ac Schifma-
ticos non paucos orthodoxis adiun-
xerit. Cum Iaroslaviae Rector Colle-
gium gubernaret, apparuit illi Alber-
tus Mechouski e Societate Scholasticus
ante annos ferè 17. vitá finctus,
Sanctorum communionem, idest, le-
uamentum poenarum, petens: appa-
ruit & Illustrissima Dux Iaroslavi-
ensis sexto à morte mense, & dixit. *Pa-
ter, cur promissa non exolis?* Mox ille
promissa 60. sacra pro illa curauit. E
missionem (vbi vniõnem Ruthenorum,
vt vocant, seu cum Romána fide con-
iunctionem curarat) reducis caput à
grassatoribus securi percussum, & gut-
tur sagittis semel iterumque confos-
sum est.

Fidei.

Pargat.

Lusitanos
Ikizuki.
Maij. 164.
et. 42.
Soc. 4.

Fidei.

P. GASPAR
WOYNICX.

Interfectus cum P. Stanislao, cum
sagitta in manus dextrae palmá fuif-
set vulneratus, & bis securi percussus
in collo. Fuit Gaspar zelo, pudicá
modestiá, & illo potissimum elogio
inclutus, quod nullum vnquam vilo
dicto vel facto laeserit.

Polonus
ibid. et. 30.
Soc. 9.

Lingua.

P. CHRISTOPHORVS
CARNOSTAVIUS.

Vnà cum his cecidit pari de cau-
sa. Fuit perpetuá virginitate, ac
fidei Catholicae zelo planè insignis. Ei
Popus, vt vocant, seu sacrificulus
schismaticus, persæpè malè minari
auditus est, eò quod (Dominá Regni
Cancellariá impense adnitente,) ip-
sibus bonis templum ademptum
Schismaticis, ritui, & concionibus, ac
vsibus Catholicis transcripsisset. Vnde
illi, cum à grassatoribus caderetur,
dictum: I nunc, sceleste; & concio-
nate. Dictus est *flagellum Schismatico-
rum*: & per quietem audire sibi visus
est vocem; *Vis esse Martyr?* Cui ipse re-
pondit: *Amen.* Fuerit id seu præsigni-
ficatio, seu pium somnium certè
cruentus, & gloriosus occubuit, cla-
mante interea sicario: *Inunc; & con-
cionare, sceleste.*

Roxolanus
ibid. et. 40.
Soc. 8.

IOANNES DOMA-
GALSKI COAD.

Accessit tribus maioribus illis vi-
ctimis quarta victima, eorum
comes. Fuit glentij, & laborum a-
mans, ac Dei Matri pro vocationis per
illam

Polonus
ibid. et. 36.
Soc. 8.

Mort.
Lux.

illam adeptæ beneficio, quotidianâ eiusdem officij recitatione gratus. Ammissione cum Patribus redux, in silua sagittâ in corde traiectus occubuit. De hisce quatuor perhibet fama con-

stans: in loco, vbi occisi sunt, lumên conspectum: vti & in templo, in quo sunt conditi; lux quædam totum templum illustrans apparuit plus quam horæ integræ interuallo.

VI. DIE MAII.

P. FRANCISCVS
BENCIVS.

Italus Ro-
mæ. 6 Maij
1594.
ætat. 52.
Vocatio.
Crucifixus.

DVM de Societate incunda delib-
berandus, mæstus, variè flu-
tuans, & consolatore quæ-
rens noctu lachrymaretur, pulcherrimam Crucifixi effigiem obiectam per horæ ferè spatium vidit vt aiunt, æstu animi nunc ad Societatem, nunc ad spes mortales accedente, & recedente. In Societate tres fratres habuit, & miti obedientiâ, labore inter docendum, & scribendum improbo, humilitate modestissimâ, morumque simplicitate conspicuus. Fufius de illo annuæ Romanæ anni 1594.

P. ANNÆVS
MAUPEOV.

Gallus So-
nonis. 6.
Maij. 1634.

HIC mundi satur posteaquam latè Orientem concursasset, ac miserandam Turcarum cecitatem attente, meditareque vidisset, in ipsa honorum quâ re, quâ spe, quippe Regio ærario iam præfectus, ad Christi castra se transtulit in Societate Iesu. In qua, & fidei donum, & paupertatis thesauros magnificè prædicabat, æstimabatque impensius. Frequentissimâ in carnem verberibus afflictam sæuitiâ fuit præstans; atque inde fortasse illi tanta, in

perperua orandi assiduitate, fuit è cælo concessa affluentia lacrymarum, vt post orationem non longam, vnum sæpè, ac alterum quoque stropholum vix illi suffecerit ad eas abstergendas,

P. ANTONIVS
DE RHODES.

CONCIONES ad extremum vsque virium, ætatisque magnâ contentione, ac rei catholicæ, diuinoque gloriæ emolumento exercuit, verè Concionator Crucis, cuius triumphum agere videbatur quando deiectum passim vndique quâ quâ hæresis grassabatur, crucis trophæum, vbi vbi oppidorum concionaretur, erexit, pristinoque loco splendori restituit. Concionales hæretici dogmatis impostores acerrimè profligabat. Speciem prodigij habet (verba sunt epistolæ de illo perscriptæ) quod cum aliquando in quemdam huiuscemodi impostorem incidisset, illumque ad fidei pugnam lacessiuisset, tanto verborum pondere illi nostræ fidei mysteria, magno spectante cœtu probarit, vt impostor non secus, ac si fulmine ictus foret, in terram moribundus corruerit; spumalque horrendum in modum totis buccis profuderit.

Gallus in
Prou. Lug-
dunensi. 6.
Maij. 636.
ætat. 77.
Soc. 60.

Crux.

Conclu.

Zelus fidei.

Confess.

P. VALE-